



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tribunal Poenitentiæ Sev Libri Dvo Prior De Poenitente Ut  
Reo Posterior De Confessario Ut Judice**

**Stoz, Matthäus**

**Anno M.DC.LXXXIX.**

De Circumstantia Quis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37144**

## §. II.

## Generalis quadam circumstantiarum expositio.

36. Notitiam circumstantiarum ad expediendam & facilitandam Confessionem necessariam esse, constat tum ex eo, quod inde innumeris & ad praxin valde utiles casus resolvi queant: tum ex Cap. Consideret. i. de Panit. Diff. 5. & cap. auſfacta. 19. ibid. diff. i. ex Cap. Omnis utrinque depenit. & remiss. & ex cap. sicut dignum. de homicidio: & demum ex Trident. Concil. ſeff. 14. c. 5. & can. 7. ubi exprefſe decernitur, circumstantias ſpeciem mutantibꝫ, ſpecialiter eſſe explicandas in confessione: quod euidem, quis faciet, ſi neſciat, quānam ſint hæ circumstantiæ? Qua de cauſa idem Concilium diēto cap. 5. tanquam à ratione alienum meritò reprehendit, quod aliqui imprudenter dixerint, easdem circumstantias ab hominibus otiosis excogitatas eſſe. Jam ad ſingulas deſcendamus.

## De circumſtantia quis?

37. Denotat hæc qualitatem ſeu conditionem perfonæ non conſitentis ſed peccantis: ſiquidem ratio habenda non eſt perfonæ, qualis nimis ea ſit, quando conſitetur, ſed qualis fuerit, quando peccatum admisit: id quod universim notandum eſt pro omnibus aliis circumſtantiis, quæ quidem non ſunt atten- dæ, nec explicandæ ſecundūm praefen- tem conſitentis ſtatum, ſed ſecundūm ſtatum, quem habebat pœnitens, quando peccavit. Hujusmodi autem qualitatiſ ſeu conditiones, in perfonā peccan- te conſiderandæ, ſunt, eſſe ſacram, ſeu

profanam; matrimonio aut voto ligata- tam, vel iisdem ſolutam; confanguini- tate vel affinitate junctam in hoc vel illo gradu; conſtitutam in regime ſel officio; aut ſpeciali ad diſtriictam lege, vi cuius ad aliquid agendum, impediendum, vel evitandum teneatur. Præter has circumſtantias ſunt adhuc aliae nonnullæ, quæ ſe tenent ex parte conſitentis, ſeu potius peccantis. Prima eſt in ordine ad copulam carnalem, videlicet, ſi ad eam exercendam ſit impotens, vel ſponsalia cum una contraxerit, poſtea verò fornicietur cum alia. Secunda eſt dignitas ope- rantis, ut ſi peccans eft Epifcopus, Præ- latus &c. Tertia eſt ignorantia vel error, an ſcilec̄t, qui peccavit, laborat errore vel ignorantia vincibili & mortaliter cul- pabili, vel invincibili ſeu inculpabili. Quarta eſt conſuetudo, an videlicet pec- cati, quod quis committit, habeat inver- teratam conſuetudinem vel non. Quinta eſt virginitas, an, qui contra castitatem peccavit, ſit vel non ſit virgo.

## De circumſtantia quid?

38. Ad hanc circumſtantiam multa per- tinent, quæ ad tria ferè capita reduci poſſunt, quorū Primum eſt de iis, quæ ſe tenent ex parte rei volitæ; Alterum de iis, quæ ſe tenent ex parte perfonæ, ad quam peccatum terminatur: quæ circumſtantia à Theologis cum Cicerone appellari ſolet *Circa quid*. Tertium eſt de effectu ſecuto ex peccato, quod eft etiam aliquo modo objectum volitum: de qui- bus ſingillatim agendum. Et quidem

39. Quodadea, quæ ad primum ca- put ſpectant, attinet, multa ſub eo com- prehendantur, quæ ad parandam confeſſionem